UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 8. Corporei ne sunt angelici spiritus, an incorporei?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

tes filiorum dicuntur creatores: ſicut homo exterius docere poteſt, ſed ſolus Deus interius iuſtificare.

Poſſunt tamen & multa per naturæ ſubtilitatem dæmones, quæ à Deo facere non permittuntur, prohibentibus etiam quædam bonis angelis.

Caput 8.

Corporei'ne ſunt angelici ſpiritus, an incorporei?

CORpora naturaliter ſibi vnita, angeli ſiue boni, ſiue mali non habent. Et licèt Auguſtin. eos corpora aërea habere, dicere videatur, hoc tamen non aſſertiuè, ſed magis recitatiuè ponit. Aſſumunt autē corpora, vt viſibiliter nobis pro voluntate aut permiſsione Dei appareant, & circa nos operentur. Vnde iterum illa ipſa corpora deponunt. *Lib. 3. de gen. ad lit. ca. 10.*

In quibus etiam corporibus aſſumptis locuti ſunt quandoq; nomine totius trinitatis, quandoq; autem patris, quandoq; filij, quandoq; & ſpiritus ſancti. *Aug. lib. 2. ca. 3. de Trin.*

Vtrum autem Deus ipſe aliquando in formis corporalibus apparuerit: & vtrum angeli in corporibus apparentes, in ſuis tantùm corpori- *Ioan. 6.*

Exod. 33. Ioan. 1. Aug. lib. 1. c. 10. de Trini. Matt. 8. Marc. 1.

bus hoc faciant ea incraſſando. (dato quod corporei ſunt) an craſsiora quædam ſuperinducant, ſub dubio relinquit Auguſtinus quanquam ſentiendū videtur, quod faciunt in corporibus aſſumptis. Ipſi enim corpora non habent.

Eſſentia autem Dei, quia immutabilis eſt, nunquā in ſe videri potuit ab aliquo.

Neq; verò diabolus, vel etiam angelus bonus ſubſtantialiter menti humanę illabi poteſt, ſed ſolus deus, licèt dæmones corpora ingredi poſſint, & ea vexare.

Caput 9.

Quot'nam angelorum ſunt ordines?

NOuem angelorū ordines eſſe ſcriptura tradit, qui in tres diſtincti hierarchias: Seraphim, Cherubim, Thronos, Dominationes, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archangelos & Angelos.

Dicitur autem ordo, multitudo cœleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere gratiæ aſsimulantur, vt Seraphim in charitatis ardore, Cherubim in ſcientiæ plenitudine, & ſic de aliĳs.

Hæc aūt nomina ipſis conueniunt

propter